

Premisso mei ac obsequetissimorum studiorum humillima deditisq; <sup>magis</sup> comendat<sup>ne</sup>.

Cum sacra Serenissimae Reginalis Maiestas huc uenire, omniq; loca in quibus Maiestas Vestra uersari atq; manere debet, viderem, maximeq; portus quibus hinc Barum nauigatura sit, magno animi dolore quasi conspectos reuoluerem, ueni quoq; in aedes Illusterrimi Ducis Ferrariae, in quibus me eius domus Oecononus, qui in funere Sereniss. Regis Mariti M.<sup>tes</sup> Vrae Legatum egit, humaniss. suscepit, et quindecim cubicula pro M.<sup>te</sup> Vra. paranda ostendit, meq; consuluit quae illorum inornata, ut M.<sup>tes</sup> Vrae tapetis ornentur, relinquere debeat. Quod ego illius arbitrio reliqui, nec me alienius commissis introumittere uolui. Id tamen significandum duxi, Cubiculum et dormitorium M.<sup>tes</sup> Vrae nouo nunc tingi cemento, itaque pro Maiestatis Vrae sanitate videatur minus esse comodum. Eruntur enim his diebus et exciduntur nonae fenestrae, eruntur et ostia et ianuae sibi inuicem e regione constitutae. Firmatur autem muro alia ianua propter meliorem M.<sup>tes</sup> Vrae securitatem, quae in partibus et domus lateribus erant. Quoquinq; proq; argento camerae parantur et de nouo reficiuntur diligentissime, itaque considerem hunc probum hominem haud grauatum oia M.<sup>tes</sup> Vrae ca. facere, oesq; conuictuos in colas ex domo auouere. Reliquet tria cubicula supellectili M.<sup>tes</sup> Vrae pro uoto decoranda, caetera ille lectis et aliis necessariis, ut decet, ornabit. Necessarium itaq; existimo, ut camerae uelustae et quae non sunt nouiter reparate, pro maiestate Vrae reuideatur. Hac pro debito fidelitatis meae nuntiare uolui. Hinc hodie Dei gra. discedo, et quouiq; uertor, honorificentissima memoria, M.<sup>tes</sup> Vram. D.<sup>as</sup> et Benefactrices meae recolo, qua. diu et felicissime ualere cupio. Venetiis. xvi. aprilis.

M. D. xxxxxvi.

Sacre M.<sup>tes</sup> Vrae Suis hs scripitor

fr. Russoriz

Faint, illegible handwriting at the top of the page, possibly a header or introductory text.

Main body of faint, illegible handwriting, appearing to be several lines of text, possibly a list or a series of entries.

Faint handwriting at the bottom of the page, including a large, stylized flourish or signature.

Handwritten number '12' on the left margin.

100  
100  
100

100  
100

7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
inch 0 inch  
1  
2  
3  
4  
5

1596

16. ad

Dr. Jan. Josephi

Sacrae ac Sereniss. <sup>mae</sup> Reginali  
M<sup>ti</sup> Poloniae & omniae meae  
Sereniss. <sup>mae</sup>

Poloniae.